AMBROSIUS MEDIOLANENSIS. TRACTATUS DE SACRILEGIIS ET IMMUNITATIBUS ET EORUM COMPOSITIONIBUS

2. Hälfte 12. Jh. Seite 97r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36517
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



scriptum quia sperat omnia. Ideo maior quia spem fidemque complectitur. Hanc caritatem habens nichil timet. quia caritas timorem excludit foras. et ideo obligato et ecuto timore omnia suffert. omnia sustinet. Qui ergo per caritatem omnia sustinet. non potest timere martyrium. et ideo quasi uictor alibi in fine ait. Michi enim mundus crucifixus est. et ego mundo. Vale fili. & nos dilige. quia nos te diligimus.

Audisti fratrem lectionem euangelii in qua decursum est qd preteriens dns ihc uidit a generatione cecum. Ergo nec nos quidem preterire debemus. quem preterundum dns non putauit. presertim cum a generatione cecus fuerit. qd non ociose positum est. Est enim cecitas que plerumque in egritudinis acie obducit oculorum. eodemque spacio temporis mitigatur. est cecitas que humorum infusione generatur. ea quoque uicio plerumque sublato medicine arte depellitur. ut cognoscatur qd iste sanatur qui a generatione sua cecus est non artis esse sed potestatis. Donauit enim dns sanitatem. non medicinam exercuit. Eos enim dns sanauit ihc quos nemo curaret. Quam stolidi autem iudei qui interrogant. hic peccauit an parentes eius. debilitates corporum referentes admissa delictorum. et ideo dns ait. Neque hic peccauit neque parentes eius sed ut manifestentur opera dei in illo. Qd enim naturam defuit. creatori competit reformare qui auctor naturam est. Vnde addidit. Cum in hoc mundo sum. lux sum mundi. Hoc est. Omnes possunt uidere quia ceci sunt. si me lumen requirant accedite et uos et illuminamini ut uidere possitis. De uno quid sibi uult. qd is qui uitam refundebat impio. salutem precepto dabat. dicens mortuo. exi foras. et egressus est lazarus de sepulchro. dicens paralytico. surge tolle grabattum tuum. et surrexit paraliticus. et cepit grabattum ipse portare in quo solutus membris omnibus portabatur. Qd in quam sibi uult. qd ex sputo fecit lutum. et superunxit oculos ceci. et dixit ei. uade et laua in syloam qd interpretatur missus. et abiit. et lauit et uidere cepit. Que ista ratio est. Magna in fallor. Plus enim uidet quem ihc tangit. Simul et diuinitatem et sanctificationem eius aduertit. Quasi lux tetigit et lumen infudit. Quasi sacerdos per figuram baptismatis misteria gratie spiritalis impleuit. Expuit ut aduerteres. quia interiora ex lumen